



dedit uxorem. celebratisq; ibidem cum magna solemnitate nup-
 tisi eum cum uxore et cum exercitu misit in boemiam adiungens
 ei petrum archiepiscopum moguntinum quondam physicum suum.
Veniens autem in boemiam joannes ab universis regni mil-
 libus pro rege cum honore magno susceptus est: et per eundem petru-
 m archiepiscopum moguntinum ad quem iure antiquo id munus per-
 tinebat solemniter coronatus. Huic autem coronationi plus
 quam trecenta hominum milia interfuisse ferebantur. Coronatio
 facta. rex archiepiscopo inter alia munuscula dedit sedem unam
 auro gemmisq; ornatam: quam ecclesie moguntine illatam
 sedem sancti martini vulgus appellare usq; hunc diem consuevit.
Interea dum hec agerentur in boemia rex henricus movens
 exercitum a conventu spirensi pro suscipienda corona imperiali
 iter direxit in italiam habens inter alios principes multos se-
 cum baldwinum archiepiscopum treverensem fratrem suum. **R**udol-
 fum comitem palatinum rhem. ac lupoldum ducem austrie.
Inter eundem autem multas italie civitates opida et castella
 rebellium cepit: et prelia multa fortiter gessit. **E**t primo quidem
 mediolanam corona ferrea ex more coronatus est. ac demum rome
 apud sanctum iohannem lateranensem aurea corona et impe-
 riali benedictione per tres cardinales ad hoc a papa ex gallia
 missos cum magna pompa et solemnitate sublimatus est in
 die sancto pentecostes. Coronatus autem Rudolfum comitem pa-
 latinum rhem. et multos alios in eadem castra milites creavit.
Interea vero dum imperator ferme per biennium moratur in
 italia. tertius quem in alemania reliquerat exercitus contra
 winterburgenses comites imperio a multis annis rebelle di-
 micanando fortiter processit: et ex lxxx. eorum munitionibus et
 castellis. lxxij. obtinuit: et multos eorum in bello interfecit.
Imp. autem in italia multa bellis fortissime gerens. longobar-
 dos. papienteses. thaurinenses. astenses. veronenses. placentinos.
 ianenses. pisanos. senenses. florentinos. ipsos quoq; romanos
 et reliquos omnes sibi resistentes in manu valida devicit
 ac superavit: in suamq; dedicationem venire potenter coegit.

Pedes aurea sa-
murtini mogun.

Expedicio regis
henrici italiam.

H rex imperator
rome benedicit.

Bellum impij
ge winterburgens.

Bella imperato-
ris in italia.